

SECTIO VII.

DE

FORMVLA TROCHIS-
CORVM.

§. 430.

Quotu-
plices
sunt tro-
chisci.**T**rochisci sunt vel simplices vel compositi,
vel absoluti vel relatiui, vel magistrales
vel officinales.

§. 431.

Omne id
ingredi-
entis vi-
ce in tro-
chiscis
fungi
potest.
quod vel
per se vel
commix-
tione ali-
orum in
trochisci
formam
redigi
potest.
Quomo-
do in-
grediens
trochi-
scorum
simplici-
um
compar-
atum
esse de-
beat.

Omne id ingredientis vice in trochiscis
fungi potest, quod vel per se, vel commixtio-
ne aliorum, in trochisci formam redigi potest.
Pertinent huc 1) sicca, tum macilentia, qualia
sunt farinae orobi, lupinorum, idque genus
alia; tum tenacia, vti sunt ea, quae recen-
sita sunt §. 401. No. 1. 2) spissiora, vt electua-
ria, pulpa, mel, albumen oui, mucilagines, sy-
rupi, balsama etc. 3) liquida minus spissa,
sive concentrata, sive minus concentrata, vt
succus, decocta, infusa vegetantium, aquae
destillatae, vina, spiritus vini, olea aromati-
ca. Haec enim vel per se, vel commixtione
aliorum, in trochisci formam redigi possunt.

§. 432.

Ingrediens trochiscorum simplicium ita
comparatum esse debet, vt per se, sine aliorum
miscela, in trochisci formam redigi possit.

§. 433.

§. 433.

Si qua trochiscorum compositorum in De exci-
gredientia in trochisci formam redigenda sunt, pienti-
ea vel per se, sine aliorum miscela, in trochi- bus et
sorum formam redigi possunt, vel non. Si excipi-
posterius est, alio siue aliis opus est, quorum endis
commixtione forma desiderata emergat. Haec trochi-
dicuntur *excipientia*, illa vero *excipiendatro-*
chiscorum. Si prius locum habet, nullo eius-
modi ingrediente opus est.

§. 434.

Si qua in trochiscis excipienda sunt, ex
cipiente vel excipientibus opus est, et si qua
in trochiscis adsunt excipientia, excipiendum
vel excipienda in iis adesse debent.

§. 435.

Excipientium in trochiscis quantitas et De de-
qualitas ex excipiendorum quantitate et qua- termina-
litate determinatur. Quantitas vero excipien- tione
tium vltcrius ex excipiendorum et sua ipso- quanti-
rum qualitate est determinanda. tatis et
qualita-
tis exci-
pienti-
um.

§. 436.

Nolit quis mirari, me eorum, quae §. 430.
431. 432 433. 434 435. asserui, demonstrationes
omisisse, Sciens prudensque hoc feci, et
consulto eandem, quam in pertractatione de
pilulis, cogitandi et scribendi methodum hic
sum secutus, ne demonstrationes saepius re-

Q s

pe-

Quando
excipi-
entia,
vel exci-
pienda
in tro-
chiscis
adesse
debeant.

De de-
termina-
tione
quanti-
tatis et
qualita-
tis exci-
pienti-
um.
Scho-
lion.

petitas hic repetendo lectori nauseam cre-
em. Qui vero assertorum demonstrationes
desiderat, illas inuenit in §. 333. 334. 336. 337.
338. 340. 341. 342. 343. 370. dummodo voca-
bulo *bolus* substituat vocabulum *trochiscus*.

§. 437.

Si sicca
in tro-
chiscis
sunt ex-
cipientia,
spissiora,
diuerso
viscidita-
tis gradu
praedita,
excipi-
entium
vice fun-
gi pos-
sunt.

Qualitas excipientium in trochiscis com-
positis determinatur ex quantitate excipiendo-
rum §. 435. Scilicet talis excipientium in
trochiscis compositis qualitas esse debet, vt
haec cum excipiendis commixta totum siccum
constituant, cuius partes determinato gradu
cohaerent §. 289. Qua de re, si in trochiscis
excipientia sunt sicca macilenta, qualia sunt
§. 431. No. 1, excipientia nec tantae sint sic-
citatatis, quantae excipientia, nec excipientium
partes tanto, quanto excipientium partes,
gradu, sed leuiori cohaereant necesse est.
Cum vero hic siccitatis excipientium eorum-
que partium cohaesionis gradus a siccitate tro-
chisci, eiusque partium debito cohaesionis
gradu, variis modis differre queat, patet, visci-
da diuerso visciditatis gradu praedita in tro-
chiscis, si excipientia sunt sicca, excipien-
tium vice fungi posse. Eius generis sunt
spissiora §. 431. No. 2. recensita.

§. 438.

Excipi-
entium
qualitas
respectu

Eodem, quo §. 437 vsus sum, modo, fa-
cile demonstrari potest, 1) liquida diuerso flui-
ditatis gradu praedita, cuius generis sunt §. 431.
No.

No. 3. excipientium vicem in trochiscis sustinere posse, si excipienda in iis sunt sicca tenacia, qualia sunt §. 431. No. 1. recensita; 2) sicca macilenta §. 431. No. 1. loco excipientium in trochiscis usurpari posse, si excipienda sunt spissiora §. 431. No. 2. indicata; 3) sicca tenacia, uti sunt §. 401. No. 1. commemorata, excipientium in trochiscis vicem supplere posse, si excipienda sunt liquida diffusiora ex iis, quae §. 431. No. 3. indicata sunt.

excipiendo-
rum vl-
terius
determi-
natur.

§. 439.

Facile ex dictis §. 438. patet, cuiusmodi Corollarium.
excipiente vel excipientibus in trochiscis
opus sit, si excipienda variae consistentiae
recipiuntur.

§. 440.

Quoniam trochisci instar eclegmatis, sensim in ore dissoluti, deglutuntur, sapore, odore aliisque qualitativis molesta, quantum fieri potest, in his vitantur, vel parcius saltem et aliis correcta immiscentur. Sic tenacia in iis, pro infantibus saltem, non sunt praescribenda, quoniam mansa, dentes conglutinando, molestiam creant. Neque minus generosiora, vel valde acria, ex eorum compositione, si fieri potest, excluduntur, praesertim, cum eorum nec scopus, nec usus talia exigat. Salibus quoque tum ob facile deliquium, tum saporem ingratum, hic vix locus conceditur, sacchari e contrario usus frequens

Quae-
nam in
trochi-
scis sint
vitanda,
et adhi-
benda.

quens requiritur, partim, vt trochiscis iis fa-
poris gratia et faciliior in ore dissolutio con-
cilietur, partim vero, vt amplior ingredien-
tium moles obtineatur; quo fine et amyllum
saepe adhibetur.

§. 441.

Propor-
tio exci-
pienti-
um in-
trochi-
scis ad
exci-
pien-
da in
casu sin-
gulari
genera-
tim de-
termina-
ri nequit.

Regulae
tradun-
tur, quae
in deter-
minanda
propor-
tione ex-
cipient-
tium ad
exci-
pien-
da
sunt ob-
seruan-
dae.

Iam multa sunt, quae quantitatem excipi-
entium respectu excipiendorum determinant,
vti ex dictis §. 437. 438 luculenter apparet,
vnde non difficile erit perspectu, excipien-
tium ad excipientia proportionem in omni
casu singulari generatim vix accurate determi-
nari posse. Atque eandem ob causam, ea,
praeertim, cum generosiora hic exulent §. 440.
pharmacopoei iudicio tuto committitur de-
terminanda.

§. 442.

Quamuis excipientium ad excipienda in
trochiscis proportio in casu quouis singulari
vix accurate determinari queat §. 441. ni-
hilominus tamen abstractionis ope regulae
quaedam generales stabiliri possunt, quas hac
in re obseruare et vtile est et necessarium.
Notandum igitur est, quod, si sicca macilentia
in trochiscis sunt excipienda, eorum pondus
specificum excipientium quantitatem admo-
dum variet, ita, vt pro huius diuersitate, mo-
do plus, modo minus excipientis requiratur.
In genere, si idem macilentum siccum est
excipiendum, tanto minor ad id requiritur
exci-

excipientis quantitas, quo hoc spissius est. Sic ad partes tres excipiendorum siccorum macilentorum leuissimorum, excipientium liquidorum, qualia sunt §. 431. No. 3. indicata, partes quatuor, excipientium vero spissiorum §. 431. No. 3. partes sex ad nouem vsque, requiruntur. Si eadem sicca macilenta excipienda sunt mediae grauitatis, ad eorum partes tres, liquidorum §. 431. No. 3. excipientium fere partes duae requiruntur, et spissiorum §. 431. No. 2. excipientium pro diuersa eorundem consistentia partes quatuor ad sex. Porro si excipienda sunt sicca tenacia, qualia sunt §. 431. No. 1. recensita, ad eorum partes tres sufficit liquidorum §. 431. No. 3. excipientium pars vna. Denique si excipienda sunt spissiora, quorum mentionem feci §. 431. No. 2. ad eorum partes tres opus est siccorum macilentorum excipientium partibus duabus, et ad excipiendorum liquidorum §. 431. No. 3. partes tres, excipientium siccorum partibus nouem.

§. 443.

Saccharum, quod trochiscos ingreditur, De quantitate illis additur pondere reliquorum ingredientium aequali, duplo, triplo, quadruplo, imo vltra, prout id conditiones exigunt, atque idem valet de amylo.

sacchari
trochi-
scis ad-
denda.

§. 444.

§. 444.

De mole
trochi-
scorum.

Trochiscorum moles apud veteres longe maior erat, quam recentiores. Illorum enim trochisci moles a drachma vna vsque ad tres erat extensa, a recentioribus vero a granis sex vix vltra scrupulum dimidium augetur, eiusque pondus, si spiritus foetori corrigendo destinatus est, tantum ad grana duo vel tria ascendit. Saepissime volumine, vt pisi, lupini, etc. magnitudine, rarius pondere determinatur trochiscus.

§. 445.

De dosi
trochi-
scorum.

Dosis trochiscorum numero determinari solet, qui vero pro eorundem mole vel maiore vel minore, et ingredientium natura, varius est. No. I. II. III. vel plures ore retinentur, vt in eo liquecant, ac successiue deglutiuntur. Si drastica, quod vero rarissimum est §. 440, eos ingrediuntur, ex cuiuslibet trochisci pondere, iuxta drastici ingredientis proportionem notam, numerus eorum est determinandus.

§. 446.

De quan-
titate tro-
chisco-
rum ge-
nerali.

Trochiscorum quantitas generalis vncia vna vel integra et dimidia inferior praescribi non solet, quod tamen non obseruatur, si trochisci in vsum vocantur officinales, de quibus tantum, quantum desideratur et necessarium est, praescribi potest.

§. 447.

§. 447.

De subscriptione et signatura formulae trochiscorum nihil notatu dignum habeo, quod moneam. Quod ad vsum eorum attinet, ille apud veteres frequentior erat, quam apud recentiores, nec ab his ulterius extenditur, nisi ad mala faucium, pharyngis, laryngis, asperae arteriae, foetorem spiritus, et prophylaxin a contagio.

De usu trochiscorum.

§. 448.

Specimina sunt:

I. Trochisci ad foetorem oris.

1.

Rx. benzoës
styrac. calam.
terr. catechu aa ʒj.
ambræ. gr. V.

M. f. c. gumm. Arab. in ∇ Rosar solut. q. s.
Trochisci, pisi magnitudine.

2.

Rx. res. cort. thymiam. Hoffm. ʒj.
ambræ gryf. gr. XV.
moschi gr. XII.
ol. cinnamomi gutt. VI.
sacch. albiss. ʒj.

M. f. cum mucilag. gumm. Arab. in
 ∇ cinnam. factæ, q. s. Trochisci.

II. Tro-

II. Trochisci sublinguales, ad prophylaxin
a contagio.

1.

Rx. theriac. Andromach. ʒij.
myrrh. elect. ʒj.
ol. dest. cort. citri gutt. XII.
succ. citri rec. ʒʒ.
pulv. cort. ☉ant. q. s.

M. f. Trochisci, singuli scrupuli dimidii.

2.

Rx. pulv. rad. vincetox.
angelic.
carlin. aa ʒij.
pimpin. ʒj.
myrrhae rubr. ʒʒ.
ol. dest. rutae gutt. VII.
M. f. c. mucilag. gummi tragacanth.
Trochisci.

III. Trochisci aduersus sitim.

1.

Rx. crySTALL. ♀ri ʒij.
lap. prunell. ʒʒ.
pulv. glycyrrh.
fach. canar. aa ʒiiij
mucilag sem. cydon. q. s.
M. f. l. a. Trochisci.

2. Rx.

2.
R. crystall. tartari ʒvj

facch. canar. ʒj.

M. f. c. mucil. tragacanth. q. s. Trochisci.

IV. Trochisci bechici.

1.

R. succ. liquir. inspiss.

rad. irid. Florent. aa ʒij.

helen. ʒj.

amygdal. ʒiʒ.

storac. calam. ʒj.

flor. sulph. ʒj.

benzoes ʒʒ.

ol. dest. anisi gutt. XII.

facch. alb. ʒiʒ.

M. f. c. q. mucilag. tangacanth. in aqua
hyssopi solut. Trochisci.

2.

R. pulv. rad. irid. Flor. ʒiʒ.

glycyrrh.

flor. sulphuris aa ʒj.

myrrh. rubr. ʒʒ.

croci gr. X.

facch. canar. ʒʒ.

M. f. c. gumm. tragacanth in aqua scabios.
soluti q. s. Trochisci.

(Pars II. de form. in specie.) R V. Tro-

V. Trochisci pro fumo.

I.

℞. benzoës ℥℥.

storac. calam.

rosar. rubr. aa ℥ij.

lign. aloes

santal. citr. aa ℥j.

sacch. albiss. ℥i℥.

ambrae

moschi

Zibeth. aa ℥℥.

mucilag. tragacanth. q. s.

M. f. Trochisci.

2.

℞. gumm. benzoës ℥j.

oliban.

lign. aloes aa ℥℥.

santal. flav. ℥ij.

sacch. alb. ℥j.

Zibeth.

ambr. aa ℥℥.

Puluerisata fiant cum s. q. mucilag. ta-
gacanth. in ▽ rosar. solut. Tro-
chisci.

SECTIO